



**Commentariorum ac disputationum, in tertiam partem divi
Thomae tomi quinque**

Priorum vigintisex Quaestionum eius Partis expositionem complectens

Suárez, Francisco

[Köln], 1617

Disputatio LII. De adoratione sanctis hominibus vel Angelis exhibenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93775](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93775)

August.
Greg. Niss.

Leontius.
Corduba
supra dubi.
6. & V. Val.
3. Tom. de
Sacramen-
talib. c. 17.
num. 4.

Quin-
tus soli Deo
fit debitus

August.
Theodor.
D. Thom.
Exod. 22.

Iudic. 13.

Act. 14.

Sacrificiū
soli Deo
propriū

diuinæ, actus spei, charitatis, poenitentiae, & alij simili-
les. Actus vero exteriores non sunt ita ex se deter-
minati, quin tam ad venerandum Deum, quam ad
honorandam creaturam exerceri possint, quod nota-
uit August. dicto lib. 10. de Ciuit. c. 4. Greg. Nyssen.
citatus à D. Thom. in catena circa illa verba Luc. 22.
Posti genibus orabat, ubi sic inquit; Quia humana na-
tura nihil habet Deo condignum, ideo honorifica signa, quæ
in uicem exhibemus, transsumpsimus ad obsequium incom-
parabilis naturæ. Quo fit, ut distinctio latræ soli Deo

debitæ ab adoratione creaturæ in his externis acti-
bus potissimum ex interiori intentione pendeat, ut

Leontius tradidit in VII. Syn. actio 4. circa finem.
Secundo spectari etiam debet usus, interdum e-
nim actus de se indifferens usurpatus est, & ad solum
diuinum cultum, vel semper vel plurimum accom-
modatus: ut nonnulli censent de pectoris percussio-
ne, quia est signum petendi veniam peccatorum, quæ

à solo Deo expectanda est. Et idem aliqui existimant
de hoc verbo, *Miserere nostri*, quia in Litanijis solum
ad diuinæ personæ hoc modo Ecclesia loquitur.
Sed hæc non sunt certa, nec semper vera, quia & ver-
ba illa possunt in alio sensu proferri, ut per se mani-
festum est, & infra etiam dicitur: & ab homine po-
test etiam uenia postulari de iniuria in illum com-
missa, & hæc animi submissio posset eodem exte-
riori signo indicari. Potissimum ergo in his signis ex-
ternis attendenda est præter intentionem internam,

publica impositio, nam si hæc signa sufficienti aucto-
ritate, & potestate ad significandum Deum & cul-
tum eius, sunt imposita, solum ad diuinum cultum
usurpari possunt: & si creaturis communicetur talis
cultus, erit idololatria, saltem exterior, si non ex ani-
mo, neque ex falsa æstimatione fiat. Hæc autem im-
positio in uocibus notior est, nomen enim Dei pro-
priè sumptum, aut nomen Creatoris, & similia so-
lum uerum Deum, & perfectiones eius significant,
& ideo, si ad creaturam, & laudem eius deputentur
idololatria est. At uero in alijs actionibus, sacrifici-
um in proprium Dei cultum maxime institutum est,

teste August. 8. de Ciuit. capite 27. & libro 10. capite
19. & libro 20. contra Faust. cap. 21. & Theodor. libro
3. ad Græcos, D. Thom. 2. 2. quæst. 84. & 85. Propter
quod Exod. 22. dicitur. *Immola, vel sacrificans nisi*

Domino soli, eradicabitur, & propterea monuit Ange-
lus Manue Iudic. 13. *Si vis holocaustum facere, offer illud*

Domino. Et hunc fuisse gentium omnium sensum, &
consuetudinem, non obscure indicant Laodicensi
Actor. 14. qui cum errarent, Paulum & Barnabam
Deos esse existimantes, eis statim sacrificium offerre
tentarunt. Est enim sacrificium actio quædam, quæ
res aliqua in Dei honorem mactatur, vel consecra-
tur in recognitionem, & testimonium supremi do-
minij, & maiestatis diuinæ. Hanc uero significatio-
nem (ut bene August. notauit) ab impositione ha-
bet, non à natura, occisio enim uituli de se non si-
gnificat Deum esse autorem uitæ, & mortis, unde
remota impositione non continet diuinum cultum:
tamen postquam imposita est, iam habet rationem
sacrificij, & diuino cultui contrarium esset illam al-
teri offerre. Et ad hunc modum in lege Euangelica,
cultus sacramentorum adorationem latræ conti-
net & maxime nostrum incruentum sacrificium, in
quo Deus ipse est, qui offertur: & ideo natura, & di-
gnitas talis rei oblata postulat ut soli Deo offeratur,
quamuis hæc ipsa oblatio, & sacrificium ex institu-
tione ortum habeat.

Ex quo tandem colligit August. sacerdotes, tem-
pla, delubra, altaria, aras, per se primo soli Deo dicari
posse, hæc enim omnia, cum ad sacrificium referantur,
latræ cultum continent. Quomodo autem in-
terdum templa, & alia huiusmodi ad honorem San-
ctorum ordinentur, in sequentibus explicabimus.

Dices: esto sacrificium soli Deo offerendum sit, ta-
men sacrificium non est adoratio, sed actus religio-

nis distinctus, ut sumitur ex D. Th. 2. 2. q. 84. & 85. ergo
inde non habemus aliquam adorationem exter-
nam soli Deo dicatam. Respondetur, licet non o-
mnis adoratio sit sacrificium, tamen sacrificium es-
sentialiter esse adorationem, quia offertur in signum
subiectionis & honoris debiti supremo Domino, ut
D. Tho. dict. q. 85. a. 1. tradit, & a. 3. ait, *Sacrificium in-
de habere laudem*, quod in diuinam reuerentiam
fit, idem autem est diuina reuerentia, quod adora-
tio. Unde in Scriptura uerbum adorandi pro uerbo
sacrificandi ponitur, Gen. 22. *Postquam adorauerunt
reuerteremur ad uos*. Vbi Abraham loquitur, quando i-
bat ad sacrificandum solum. Et ita etiam multi-
telligunt illud Ioan. 4. *Patres nostri in monte hoc adora-
uerunt*, &c. Nil ergo obstat, quod D. Tho. in 2. 2. prius
de adoratione, in q. 84. postea de Sacrificio in q. 85. di-
fuerit, nam communior est adoratio, quæ quoad
signa externa peculiari modo per sacrificium exer-
cetur, & ideo oportuit propria quæstione illum ex-
plicare. Non inficior, fore interdum nomen ad-
orationis applicari ad alias actiones adorandi, quæ ne-
que sunt sacrificia, neque habent alia peculiaria no-
mina, sicut nomen commune solet interdum acco-
modari uni rei singulari, vel specificæ, quomodo vi-
detur uoce usus D. Thom. 2. 2. q. 81. art. 1. ad primum.
Sed tamen id solum spectat ad uerbum uocis, tamen
res ipsa, & ratio adorationis propriissimè in sacrifi-
cium conuenit, solumque in signo externo, seu ma-
terialiter, ab alijs actibus propriæ ac diuinæ adora-
tionis differt in esse uirtutis, & cultus, quod est etiā
notandum ad intelligendam vim plurium uocum
aliarum, in hæc materia occurrentium.

DISPUTATIO LII.

In tres sectiones distributa.

De adoratione Sanctis hominibus, vel Angelis ex-
hibenda.



Vo breuiter in hæc disputatione tra-
ctanda sunt. Primum utrum adoratio
sanctorum licita sit. Secundum qualis
illa sit, vel esse debeat. Loquimur au-
tem de sanctis uita functis, quos sup-
ponimus beatos esse, & cum Christo regnare, ut in
1. 2. q. 4. latius probatum est. Quamuis uero oratio
seu petitio quendam cultum contineat, quia uero
hic solum in communi de adoratione agimus, ideo
quæstionem de sanctorum inuocatione in presenti
remittimus in 2. 2. q. 83. attingemus uero nonnulla
inferius de Beatissima Virgine disputantes.

SECTIO I.

Utrum Sancti, & beati Angeli, vel homines sint
adorandi.

Vit antiqua hæresis, quæ simpliciter negauit
Sanctis esse adorationem tribuendam, cuius præ-
cipuus autor dicitur fuisse quidam Eustathius Seba-
stia Episcopus, quamquam Nicephor. lib. 9. histor.
cap. 16. & 45. & Socrates libro 2. capite 33. eius erro-
res referentes, huius mentionem non fecerunt. In
Concilio tamen Gangrensi, quod aduersus illum
congregatum est, licet non expresse asseratur, indi-
catur tamen, illum fuisse in hoc errore uersatum,
nam canone 10. ita definitur: *Si quis sanctorum memo-
rias contemnendas putauerit, anathema sit*. Fuit autem
multo antiquior hic error, illum etiam in Gnosticis
reprehendit Irenæus lib. 3. c. 20. & eundem fuisse secu-
tum Eunomium, & Porphyrium refert Lindanus
dialog. 2. & postea ipsum secutus est Vigilantius teste
Hier. ac deinde VVicleph teste VValden. lib. 3. de
sacramentalib. tit. 13. Ac denique Lutherus, Calui-
nus, Zuinglius, ut ex Præfatio constat, & fere reliqui
recentiores hæretici hanc hæresim excogitauerunt. Nec
solum

Scipio
Socrat.
Croc. Gna
Hæresis
sancti
Irenæus
Lindanus
Hieron.
VValden.
Lutherus
Caluius
Zuinglius

Euseb. Cyril. solum hæretici, sed etiam Gentiles Christianis obiectabant, quod martyres tanquam Deos colerent, ut est apud Euseb. lib. 8. histor. cap. 6. & Cyril. qui hoc de Iuliano apostata refert, lib. 6. contra illum post med. respondens, Nos non adorare sanctos ut Deos, sed honorare ut primarios viros. Idem indicat de hoc Iuliano Nazian. orat. 3. quæ est. 1. contra illum à numero 27. & orat. 10. propè ab initio. Idem nobis obicit Maximus Grammaticus apud Aug. epist. 43. & Faustus Manichæus apud eundem libro 20. contra Faustum cap. 21. cuius illa sunt verba, *Idola vertitis in Martyres, quos vobis similibus colitis.* Quin etiam Iudeos Sanctorum adorationem, tanquam idololatriæ vitium in Christianis damnaſſe, aut or est Eusebius libro 4. histor. cap. 15. ubi de more colendi Martyres nonnulla refert. Denique etiam Mahometum idem nobis imposituisse, ideoque omnem Sanctorum cultum prohibuisse, Prætol. refert verbo Mahometis numero 7. Fundamenta huius erroris varia sunt, quæ mox videbimus: vnum tamen videtur esse præcipuum, & omnibus commune, quia Sancti, nec adorari possunt cultu religioso (hic enim soli Deo debetur) nec cultu, seu honore civili, & humano, quia hic honor non datur hominibus abscentibus, præsertim mortuis, qui nec vitam prolicam nobis agunt, nec fortasse, quid operemur agnoscent.

Dicendum tamen est, sanctos Angelos, & homines dignos esse honore, & idèd à nobis esse colendos, & adorandos. Hæc est veritas fidei definita à Felice I. cum Concilio Romano in sua epistola 2. decretal. & in Concilio Gangrensi supra citato, & in VII. Synod. frequenter, ac tandem in Trident. Sess. Conc. Gan. 25. & habet fundamentum in Scriptura sacra, in qua legimus sæpè iustos, & prudentes homines adorasse sanctos Angelos, & homines viuentes, ac mortuos, ratione sanctitatis. Sic Genes. 18. & 19. Abraham, & Loth, adorant Angelos, & Iosue 5. Apparuit ei Angelus in specie viri habens in manu gladium, cui dixit Iosue, *Noster es, an aduersarius tuus?* Ille, *Nequaquam, sed princeps sum exercitus Domini: continuo cecidit Iosue pronus in terram, & adorauit.* Simili modo Iudicum 13. Manue, & vxore eius, cum vidissent, & cognouissent, eum, qui locutus eis fuerat, fuisse Angelum, Proni ceciderunt in terram, & Numer. 22. Balaam, pronus in terram adorauit Angelum. 1. Regum 28. Saul adorauit Samuelem, cum ei post mortem suam apparuit, qui non est ab eo reprehensus, & 3. Regum 18. Abdias adorauit Eliam, quia sanctus erat, & Propheta Domini, & simili modo filij prophetarum adorauerunt Eliseum, quia spiritum Elize in eum requieuit, se intellerunt 4. Reg. 2. Tertio accedit communis doctrina, & traditio Sanctorum, Cyril. Irenæ. Nazian. Augustin. & aliorum, quos in principio huius sectionis retuli, & plura videri possunt in August. epist. 44. & Damasc. lib. 4. de fid. cap. 16. & in concionibus de Sanctis passim hoc docent, & in sequenti sectione, & infra de reliquiis, & imaginibus disputantes, plura Sanctorum testimonia indicabimus. Quarto ratione, quia honor debetur virtuti, teste Aristot. 1. Ethic. capite 5. & libro 4. ca. 3. & ideo Christus Ioan. 12. iusto promittit, *Honorificabit eum Pater meus, id est, honore afficiet, vel honorari faciet, vnde 1. Reg. 2. Qui honorificauerit me, glorificabo eum, & Psalm. 138. Nimis honorificati sunt amici tui Deus, ac denique Paul. ad Rom. 2. Gloria, & honor omni operanti bonum, ergo Sanctis debetur honor, ergo à nobis exhibendus illis est huiusmodi honor. Probat hæc vltima consequentia, quia quod mortui sint, & nobiscum non degant, non illos reddit minore honore dignos, cū sint in feliciore, & securiori statu, atque sanctiorem vitam agant, & cum Christo regnent. Et quamuis corporali abint præsentia, tamen spiritus, ac mente, quodammodo præsentem sunt, quatenus omnia quæ ad eorum statum pertinent, cognoscunt, & nostrarum rerum curam gerunt, pro nobis orando, & in-*

Fr. Suarez. Tom. 1.

tercedendo. Adde etiam, Philosophos agnouisse, viros probos, etiam post mortem esse honore dignos, ut ex Platone, & alijs refert Euseb. lib. 13. de præparat. Euang. cap. 6. & 7. Denique possumus loqui cum Sanctis, & ad illos orationes fundere, ut suppono ex 2. 2. q. 83. & attingam infra in disputationibus de Beata Virgine, & satis constat ex vfu Litaniz, quæ Gregorius tempore cuiusdam pestis induxit, ut refert V. Valfridus Strabo. lib. de rebus ecclesiasticis. capite 28. & legitur in lib. 1. vitæ eius cap. 42. quemvisum adhuc Ecclesia retinet, & varia Concilia probarunt, ut constat ex Toletano V. & VI. cap. 1. & 2. Brachar. II. c. 9. & Gerundenf. c. 3. & alijs, cur ergo non erunt etiam à nobis adorandi, & colendi?

Sed obiciuntur nonnulla Scripturarum exem. pla. Elther enim 3. Mardocheus noluit adorare A. mam, cuius facti rationem reddens. ca. 13. sic inquit, *Tu nosti, quia non pro superbia, & contumelia, aut gloria cupiditate hoc fecerim, sed timui, ne honorem Dei mei ad hominem transferrem, & ut neminem adorarem excepto Deo meo.* Secundo Apocalip. 19. & 22. cum Ioannes vellet adorare Angelum, ille prohibuit dicens, *Deum adora.* Tertiò Actor. 10. cum Cornelius vellet adorare Petrum, ipse similiter vetuit, subiungens, *Surges, & ego ipse homo sum.* Quarto propter hanc causam sancti sæpè negant, creaturam aut sanctos esse adorandos. Vnde in VI. Synod. post sessionem 18. cap. 7. sic dicitur, *Solo Deo creatore suo adorato, innocat Sanctos, ut pro se intercedere apud maiestatem diuinam dignentur, & Athanas. sermone 3. contra Arianos fol. 8. Creatura, inquit, creaturam non adorat, & D. Hieron. tom. 2. epistol. 53. ad Riparium contra Vigilantium, inquit: Nos autem non angelos, non archangelos, non Cherubim, non Seraphim, & omne nomen, quod nominatur, & in presenti seculo, & in futuro, colimus, & adoramus, ne seruamus creaturam potius, quam creatori. Et ad eundem modum loquitur lib. contra Vigilant. Quis Martyres adorauit? Quis hominem putauit Deum? Damasc. orat. 1. de imagia. in princip. & li. 4. de fide. c. 3. ubi omnem rem cõditam negat esse adorabilem. & Iustin. Mart. Apolog. 2. pro Christian. aliquantulum à principio, Epiphani. hæres. 79. & August. epist. 44. in fine, & super Psalm. 96. circa illa verba, *Confutansur omnes, qui adorant sculptilia, & lib. de vera relig. c. 55. ubi specialiter dicit, neminem esse adorandū religionis causa, nisi solum Deum.**

Ad primum respondetur, difficultatem illius loci communem esse hæreticis nobiscum, videtur enim illo exemplo Mardochei probari civilem, & externum honorem, qui à principibus, & regibus exigitur, non posse illis honestè tribui, hunc enim honorem, & non alium exigebat Aman. Certū est autem, ipsi etiam hæreticis faciebatur, hoc esse falsum, & contra rationem naturalem, & contra Scripturam, in qua huiusmodi actio & honesta iudicatur, & adorationis nomine sæpè appellatur: ut Genes. 23. cum Abraham adorauit filios Heth. & 3. Regum 1. Na. tham Propheta adorauit Danid. Vnde additio quædam ad Glossam ordinariā dicit Mardocheum non religionis causa, sed inimicitiarum, & odij, noluisse adorare Aman. Sed hæc sententia est omnino falsa, & repugnans verbis citatis ipsius Mardochei, de quibus iam dubitare non licet, præsertim post Concil. Trident. ex cuius definitione sess. 4. constat, partem illam capitis 12. esse sacram Scripturam.

D. Thom. ergo 2. 2. q. 84. art. 1. ad 1. respondet, Mardocheum noluisse dare Aman adorationem latriz, quam esse communem expositionem Hebræorum dicit Lyra ibi, & videtur aperte colligi ex Mardochei verbis Non carer tamen difficultate, quoniam Aman nō latriz adorationem, sed solum illum honorem, qui supremis principibus exhiberi solet, postulare videbatur. Et difficultatem auget quia ut ex sacro textu constat, non ipse Aman, sed Rex præceperat eum ab omnibus adorari: non est autem veri-

Tit 2 simile

Euseb.
Valfrid.
Strab.
Cōc. Tolet.
Conc. Brachar.
Conc. Gerundenf.
Obiectio.
Elther 3.
Apoc. 19.
Act. 10.

VI. Synod.
Athanas.
Hieron.

Damasc.
Iustin. Mart.
Epiphani.
August.

Responsio ad obiectio-
nes.

Civilis, & externus honor principibus in re naturali debetur.
Genes. 23.
3 Reg. 1.

Cōc. Trid.

D. Thom.

Nicol. Eyr.

simile Regem præcepisse, ut maior adoratio Amen, quam sibi tribueretur, sibi autem non postulabat diuinos honores, nec enim sacra Scriptura hoc refert, nec legimus Mardocheum, vel Esther negasse Regi vilitatem, & communem adorationem. Quin potius in varijs illius libri locis contrarium non obscure significatur.

Caietan.

Caiet. exponens D. Tho. dicit fuisse morem Iudeorum, soli Deo flectere virumque genu, quod ex 3. Reg. 8. colligit, ubi satis obscure in Salomonis adoratione hoc indicatur. Cōstat deinde, hoc adorationis genus fuisse à Mardocheo negatum ipsi Amen, quia cum de hac re accusaretur, respondit se Iudeum esse, ac si diceret ad religionem Iudeorum pertinere, talem adorationem homini non tribuere. Denique sub dubio relinquit Caiet. an pensatis omnibus circumstantijs, quæ tunc occurrebant, prudenter se gesserit Mardocheus. Potuisset enim fortasse in aliena regione conuiuere, & consuetum morem adorandi principes exterius seruare, debitam existimationem, ac intentionem interius retinendo. Quoniam verò Scriptura sacra factum Mardochei probare videtur, credendum est Mardocheum prudenter egisse, & ne adoratio illa in diuini honoris diminutionem, aut in suæ religionis contemptum, vel in aliorum scandalum cederet, merito timuisse.

August.

Ad secundum, Aug. q. 61. in Genes. dicit talem apparuisse angelum, ut Deus existimari potuerit, seu Christus, & ideo prohibitum fuisse Ioannem, ne illi adorationem latriz tribueret, non ex aliquo errore circa adorationem ipsam, sed circa personam. Idem habet lib. 20. contra Faust. c. 21. Nec displicet D. Tho. 2. 2. q. 84. a. 1. ad primum. verisimilium tamen videtur Ioannem nullam falsam existimationem habuisse, neque latriz adorationem exhibere voluisse. Præsertim cum semel admonitus, cap. 19. iterum id contenderit in c. 22. Solum ergo exterius exhibere voluit angelo summam quam ad ipsam adorationem debita intentione, & existimatione interius seruata. Angelus autem eam adorationem admittere recusauit, Ioannemque prohibuit, non quia male ageret, sed vel ex quadam vrbinitate, vel ex singulari reuerentia assumptæ humanitatis, ut dicunt Rupert. lib. 10. in Apocal. Anselm. & Bed. c. 19. Bonau. in 3. dist. 9. art. 1. q. 5. vel denique ut indicaret, consultius esse summam adorationem, & submissionem etiam exter-

Rupert.
Ansel.
Bedæ.
Bonauent.

VIII. Synod.

nam summo Deo referuare. Exemplum huius rei petere possumus ex VIII. Synod. cap. 12. ubi dicitur non debere Episcopos ante genua principum secularium ad eos adorandos procumbere, quamuis cum omni modestia illos debeant honorare.

Hieron.

Ad tertium, Hieronymus contra Vigilantium suspicatur, Cornelium tunc temporis in fide non satis instructum, diuinum aliquid in Petro suspexisse. Sed verisimilius est, quod Chrys. homil. 23. in Acta dicit & Cornelium rectè fecisse Petrum honorando & adorando, & Petrum modeste etiam, & humaniter egisse adorationem recusando.

Chrysost.

Ad quartum iam supra præcedenti disputatione ostensum est, adorationis nomen de se commune esse, & abstrahere à latriz, & dulia. Vnde fit, in rigore tribui posse honori hominibus exhibito, ut ex vsu Scripturæ satis constat, cuius varia testimonia citauimus, & similia sunt Genes. 33. 43. 1. Reg. 20. & 25. & sæpe alijs, ut videre etiam licet in VII. Synod. act. 1. & 2. & 4. ubi varij Patres citantur, & hæc vocatur, Honoraria adoratio, Vnde August. serm. 15. de Sanctis in fine inquit, Beatissimum Petrum piscatorem adorat gentium multitudo credentium, & 10. de Ciuit. capite 4. dicit. Homines esse colendos, & honorandos, & si multum eis addatur, etiam adorandos. Interdum vero vtuntur Patres hac voce simpliciter dicta, ad significandam per antonomasiam supremam adorationem latriz, Et hoc modo loquitur in citatis locis, ut manifestè constat, non solum ex alijs locis, sed etiam ex eisdem: ita enim negant esse adorandos Sanctos, ut fatean-

*Adoratio-
nis nomen
quomodo
in Scriptu-
ra usurari
solum.*
Gen 33 43.
1 Reg 20
et 25
VII. Synod.
August.

Ad quartum iam supra præcedenti disputatione ostensum est, adorationis nomen de se commune esse, & abstrahere à latriz, & dulia. Vnde fit, in rigore tribui posse honori hominibus exhibito, ut ex vsu Scripturæ satis constat, cuius varia testimonia citauimus, & similia sunt Genes. 33. 43. 1. Reg. 20. & 25. & sæpe alijs, ut videre etiam licet in VII. Synod. act. 1. & 2. & 4. ubi varij Patres citantur, & hæc vocatur, Honoraria adoratio, Vnde August. serm. 15. de Sanctis in fine inquit, Beatissimum Petrum piscatorem adorat gentium multitudo credentium, & 10. de Ciuit. capite 4. dicit. Homines esse colendos, & honorandos, & si multum eis addatur, etiam adorandos. Interdum vero vtuntur Patres hac voce simpliciter dicta, ad significandam per antonomasiam supremam adorationem latriz, Et hoc modo loquitur in citatis locis, ut manifestè constat, non solum ex alijs locis, sed etiam ex eisdem: ita enim negant esse adorandos Sanctos, ut fatean-

Aturesse colendos & inuocandos, ad eum modum, quo Paul. ad Timot. 1. dicit, Soli Deo honor, & gloria, & Tunc cum tamen ad Rom. dicat, Gloria, & honor omni & semper amanti bonum.

SECTIO II.

*Quæ adoratio, & propter quam causam Sanctis
tribuenda sit.*

Res diuisiones adorationis supra posuimus, scilicet internam & externam, latriz & duliam, absolutam & respectiuam. Quartam vero addere possumus propter hæreticos scilicet præced. citatos, distinguentes cultum in religiosum, & politicum. Sed de hac postrema sect. seq. dicemus. De duabus autem primis, nulla occurrit explicanda difficultas, quia certum est Sanctos & interiori, & exteriori cultu honorari posse. Sunt enim spiritus, qui in Deo ipso vident, quæ ad eos pertinent, & ideo spiritualibus mentis actibus coli possunt, sicut & orari, & inuocari: nos verò quia corporales sumus, etiam corporis actibus possumus nostrum affectum externum indicare & ideo externis etiam actibus possumus illos adorare, ut Sanctorum omnium, & totius Ecclesie vsus satis demonstrat: ut etiam in seq. sect. dicemus, & clarius infra de imaginibus & de reliquijs disputando. Deinde certum etiam est, hæc adorationem, quam Sanctis tribuendam dicimus, non esse illam summam, quæ soli Deo debetur, & latriz nominatur. Quod simpliciter est de fide certum, ut satis constat ex dictis disp. præced. & in fine præced. sect. Et ratio est clara, quia excellentia Sanctorum longe inferior est quam diuina.

Ut tamen hoc melius intelligatur oportet de tertia illa diuisione non nihil dicere, simulq; explicare, quæ sit proxima ratio, seu excellentia propter quam Sancti à nobis adorantur, an scilicet hæc quæ excellentia create, vel potius ipsam excellentiam increata Dei. Et ratio dubitandi est, quia Sancti sæpe hoc posteriori modo hanc Sanctorum adorationem explicare videntur, ut patet ex VII. Synod. act. 4. post med. ubi sic Leo scribit loquens, Sanctos veneramus ut amicos Dei, & honor, qui Sanctis impenditur, in Deum recurrit, & qui Martyres colit, Deum ipsum colit. Quæ verba ab omnibus Patribus Concilij suscipiuntur. Sic Acta, Ariani lib. de virginis. circa finem, Si homo, inquit, iustus ad tuas intrauerit, cum timore, & veneratione occurrat illi, adorabit humi ad pedes illius, non enim eum, sed Deum adorabit, qui illum mittit. Et Basil. orat. in 40. Martyres. Io. Basil. inquit, quem bonis consensu exhibemus, beneuolentia erga communem Dominum significationem de se præbet. Damasc. lib. 4. c. 16. Is honor, inquit, qui præbent consensu Domini habetur, beneuolentia erga communem Dominum animi argumentum est; illi sane Dei promptuarium, & pura domicilia extiterunt, & infra, Quid igitur offerri potest, quin animas Dei templis, & vicijs Dei tabernaculis honor sit adhibendus? Significat ergo adorari Sanctos, ut templa Dei viuas, atq; adeo Deum esse proximam rationem adorandi illos. Vnde Hier. dicta epist. ad Riparium, Honoremus, inquit, seruos, ut eorum honor redundet ad Dominum. Et Ambr. serm. 6. in fine Quisquis honorat Martyres, honorat & Christum. Ex quibus consequens fieri videtur, hæc Sanctorum adorationem tantum esse respectiuam, ut pote in extrinseca Dei excellentia fundatam, atque adeo ad eandem religionis virtutem pertinere, posseque latriz appellari. Si uero, quod diligitur proximus propter Deum, respectiuus dici potest, & ex charitate proficitur.

Dicendum nihilominus est, propriam & vitatam adorationem, qua Sancti à nobis adorantur, esse absolutam, increata, & intrinseca, atque supernaturali excellentia illorum proximè fundatam. Hæc est communis Theologorum sententia, quæ ex D. Th. hic a. 3. ad 3. & a. 5. colligitur, & alijs doctores in q. d. 9. ubi Bonauent. a. 1. quæst. 5. & ex Adriano Papa in epistol.

Epistola ad Constantinum & Irenaeum, ubi inquit, Sanctos a nobis venerari, & colere, quod serui Dei sint, & apud Deum pro nobis intercedant. Vnde concludit, Deos eos honorare, & veneratio propter iustitiam eorum; quae epistola habetur in VII. Synod. act. 2. sic etiam Euseb. lib. 10. de preparat. cap. 7. ait nos venerari Sanctos, & vera pietatis milites, Deique amicos, quibus verbis intrinseca, & creata sanctitas ipsorum Sanctorum indicatur, & ad eundem modum loquuntur Damasc. Theodor. August. Adoratio Sanctorum absolutam & in propria eorum excellentia fundata;

Damasc.
Theodor.
August.
Adoratio
Sanctorum
absoluta &
in propria
eorum
excellencia
fundata;

Honor San-
ctis exhibi-
tus cur in
Deum re-
fertur.

Matth. 10.
Sancti quo-
modo ado-
ratione re-
spectiva
possint ado-
rari.

Ex quo intelligitur, quae sit mens Sanctorum Patrum, quos in ratione dubitandi adduxi, nam quia haec excellentia Sanctorum nihil aliud est, quam participatio quaedam diuinae naturae, quodam modo ad diuinum ordinem pertinens, atque ad Dei gloriam ex natura sua tendens, ideo honor, qui beatis datur propter hanc sanctitatem, totus dicitur in Deum referri: non quia ipsa excellentia increata Dei sit proxima ratio, quae ad hanc adorationem mouet: sed quia in eam tandem terminatur, & refunditur, ad eum modum, quo Christus Dominus dixit Matth. 10. Qui recipit vos, me recipit, hoc enim exemplo Athanas. & Hieron. videntur.

Addere vero vltius possumus, si sancti praecise considerentur, ut templa, in quibus singulari modo Deus habitat, seu prout sunt ad imaginem Dei creati, & per gratiam reformati, & quasi ad viuum depicti hoc quidem modo posse adorari adoratione respectiva in Dei excellentia proxime fundata: ita ut sicut ratio eligendi medium est finis, ita ratio adorandi templum viuum Dei, sit Deus. De quo modo adorationis eodem modo loquendum erit, quo de adoratione reliquiarum, vel imaginum, quam inferius explicabimus. Recte tamen aduertunt D. Tho. & Bonauent. quamuis hic modus adorationis possibilis sit, regulariter tamen non esse usurpandum, tum ad vitandum periculum erroris: tum etiam, quia cum Sancti sint per se adorabiles, proprius eorum honor in eorum virtute, & sanctitate fundari debet: cum enim aliquid propter extrinsecam rationem adoratur, honor magis pertinet ad personam propter quam tribuitur, quam ad rem in qua terminatur, ut saepius in sequentibus dicemus.

SECTIO III.

Virum cultus Sanctorum dici possit ad religionem pertinere.

HAEC quaestio proponitur propter haereticos qui nullum honorem, vel cultum agnoscunt, nisi vel diuinum, qui ad latram pertinet, vel merè humanum, & politicum. Quoniam verò hic potest esse dissensio, vel in re Theologica, vel in Speculatiua, & Metaphysica, vel in modo loquendi, omnia distinctè tradenda sunt.

Primo certum sit, adorationem hanc, quae Sanctis datur propter excellentiam supernaturalem, esse perfectiorem, & distinctam in specie ab adoratione, seu honore civili, qui hominibus propter dignitatem, vel potestatem humanam dari solet. Patet, quia virtutes, & earum actus ex obiectis distinguuntur, sed excellentia est quasi formale obiectum adorationis: sicut ergo excellentia Sanctorum cum Christo regnantium altioris ordinis est, quam o-

Fr. Suarez, Tom. 1.

mnis humana dignitas, vel potentia, ita & adoratio illis debita est perfectior, & specie distincta. non potest ergo haec adoratio dici civilis, vel politica, neque omnino humana in dicto sensu, sed quasi diuina per participationem, Nam sicut Sancti dicuntur Dei per participationem, ita & honor illis debitus potest eandem denominationem suscipere.

Secundo certum sit, hunc cultum Sanctorum valde coniunctum esse cum cultu diuino, & rebus sacris, & ad religionem & cultum Dei spectantibus perfici. Probatur a parte ex traditione Ecclesiae, quae Sanctos colere conuenit, primo dicando Deo in eorum memoriam & honorem, dies sacros, qui licet primario ad cultum Dei destinentur, tamen in honorem Sanctorum redundant. Ita docet Tertul. lib. de coronamilitis in principio, & Nazianz. orat. 18. quae est de sancto Cypriano inter multa alia, quae dicit de honore Sanctorum, annuis honoribus festum illi Sancto celebrari solitum refert. Et orat. 6. coram Gregor. Nysseno multa habet similia. Cyprianus epistol. 34. alias lib. 4. epistola 5. Quoties, inquit, dies Martyrum, & passionis anniuersaria commemoratione celebramus, &c. Et Clemens lib. 4. constitut. cap. 39. eiusdem consuetudinis meminit, quam etiam indicauit Concilium Laodicen. dicens, Memoriam Martyrum non celebrari in quadagesima, & habetur capitulo. Non licet 33. quae lib. 4. & Concilio Toletan. 3. cap. 23. praecipitur ut festa Sanctorum religiosi operibus celebrentur, habetur capit. Irreligiosa de consecrat. distinct. 3. & eorundem festorum fit mentio in cap. Conquestus, extra de feriis.

Secundo honorat Sanctos Ecclesia templis Deo dicatis, quanquam enim haec primario ad Deum referantur, cui in illis sacrificium offertur, & ut sic templa, vel altaria dicantur, secundario verò in memoriam aliquorum Sanctorum, vel ad eorum reliquias honorifice seruandas instituta sunt, & ut sic vocari solent, Basilica, seu Memoria Martyrum, & Chrysost. homil. 28. ad populum, Domus regias, oratorias adedes, & Martyrum monumenta, appellat. Vnde Damasc. lib. 4. cap. 16. An non, inquit, honorandi sunt, qui totius humani generis patronos se proficiunt? Honorandi quidem, & ita certe, ut in eorum nomine templa Deo exstruamus, dona offeramus, eorum memorias colamus, atque in eis spiritualiter oblectemur. Et hanc fuisse perpetuam, & Apostolicam traditionem, constat ex Epiph. haer. 69. Ambros. lib. 1. epistol. 5. August. lib. 1. de Ciuit. cap. 1. Gregor. 2. dialogor. cap. 8. & lib. 3. cap. 14. & Leone I. sermoni. de B. Petro, & Paulo, ac denique Leo Papa. ex VII. Synod. act. 6. tom. 1. Quam consuetudinem auctam, & illustratam potissimum fuisse à temporibus Syluestri, & Constantini vulgare est, tum ex ijs quae in 1. tom. Concilio de Syluestro, & Constantino referuntur, tum ex omnibus Ecclesiasticis historiis, tum etiam ex antiquis monumentis, quae oculis cernuntur, quae tam multa sunt, totque miraculis confirmata, ut ex errore aliquo, vel falsa traditione, opinionem, quae de illis haberetur, profectam esse incredibile sit. Vnde Concil. Carthag. V. cap. 14. in ord. erigendi has Ecclesias, & Sanctorum titulos instituendi praescribit. Concilium item Cabilon. capite vlt. quanta reuerentia haec loca sacra tractanda sint, docet. Illud denique quod Nazianz. orat. 3. quae est prima contra Iulian. memoriz prodidit, animaduersione dignum est, quod uti iucundius fiat, illius verbis referendum censui, habens enim sermonem de tempore, quo Gallus & Iulianus, diuersis quidem studiis, eadem tamen religionis signa praebant sic inquit, tam sumptuosissimè quoque Martyrum monumenta, & votiuorum donorum munificentia, pietas erga omnibus, alijs rebus, quibus diuinus timor insignitur, sanctique pietatis studium, Christiue amorem declarabant: aliter loque quidem verè, & serio pietatem profitemes, aliter autem tem-pus redimens, ac sub mansuetudinis specie arg. obtenta, morum prauitatem occultant. Quod quidem ex eo colligere

Tit 3 licebit,

Sanctus
cultus cum
diuino cul-
tu valde co-
iunctus.

Tertul.
Nazianz.

Greg. Niss.
Cyprian.

Clem. Papa.

Conc. Tolet.

Consuetudo
Basilicas,
& templa
dicandi in
Sanctorum
memoria.

Chrys.

Damasc.

Epiphani.
Ambros.
August.
Greg. Papa.
Leo Papa.
VII. Synod.

Conc. Car-
thag. V.
Cabilon.

Greg. Naz.

Caesarum
Galli, ac Lu-
liani fratrum
pietas erga
Sanctos.

Adoratio
Sanctis ex-
hibita non
est civilis,
sed quodam-
modo diui-
na;

licebit, neque enim miraculum, quod tunc accidit, silentio praeferre queam, utpote memoria in primis dignum, atque eiusmodi, ut impiorum multis documento esse possit. Martyribus (ut diximus) ambo laborabant, munificentiaque, & liberalitate praeclare inter se contendeabant, tum multarum manuum opera, tum multis impensis ad eam sacram extruentes. Verum, quoniam non pari voluntate, animique instituto in hoc opus incumbabant, idcirco, neque in eundem finem, labor virique progrediebatur. Etenim alterius, hoc est fratris natu maioris, opus perficiebatur, atque ex ratione procedebat, Deo videlicet munus illud libenter admittente, velut Abelis sacrificium, recte & oblatum, & diuissum: atque haec oblatio veluti quadam primogeniti consecratio erat. Alterius autem munus, non secus ac Cain sacrificium, Deus martyrum repudiabat. Itaque ille quidem laborabas, sed terra, quod elaboratum fuerat, excutiebatur. Ille vehementius adhuc obnutebatur: hac hominis egra pietate praediti fundamenta capere detrectabat, tanquam terremotum eum, quem ipse scelus allaturum erat clamans, ac per impiissimi hominis dedecus, martyres honore afficiens. Tercio coluntur Sancti ab Ecclesia ieiunijs, vigilijs, peregrinationibus, & alijs id genus actionibus, ut latè Hier. opus. contra Vigilantium, & Leo Papa concionib. de ferijs quatuor temporum, & plura congerit Alanus dialog. 3. ad princip. & cap. 21. & alia dicemus agentes de reliquijs Sanctorum.

Hieron.
Leo Pap.
Alan.

Damasc.

Tercio hinc (quod ad modum loquendi spectat) merito hic cultus Sanctorum facer, & religiosus dicitur: ut enim eleganter dicit Damasc. citato loco: Quibus rebus Deus colitur, eisdem serui eius oblectantur, quapropter Psalmis, Hymnis & canticis spiritualibus Sanctos colimus: quia ergo hic cultus in religiosis actionibus, & ad pietatem pertinentibus positus est, merito religiosus dicitur. Secundo quia (ut ex sanctis Patribus praecedenti sect. citatis colligitur) hic cultus Sanctorum, ita est cum diuino coniunctus, ut ab illo oriatur, & imperetur, a quo propterea religiosus nominari potest. Tercio, quia ad spirituale bonum animae valde confert: tum per se, quia deuotionem excitat, & augeat nobis circa res sacras: tum etiā beneficentia diuina per Sanctorum intercessionem nobis impetrando. Propter quod dixit Greg. Nazianz. in quodam sermone de virtute: Meminisse martyrum solum (ut reor) asserti salutem. Quarto denique, quia hic cultus in pura, & perfecta sanctitate fundatur: sanctitas verò religioni proxima est: potest ergo hic cultus dici religiosus saltem per quandam participationem, ut supra dicebamus.

Greg. Naz.

Obiectio.

Adrian.

Hieron.

At enim dicit aliquis: Adoratio Sanctorum beatorum eiusdem rationis est cum adoratione, quae exhibetur homini iusto, & sancto inter nos viuenti, ut aperte docet Adrianus Papa. epistola supra citata, dicens: Qualis est hic adorationis honor Sanctorum? Perfecto non alius, quam is, quo nos inuicem prosequimur salutantes alterutrum per adorationem, & dilectionem: unde Hier. in vita Paulae refert, illam, cum Sanctos Eremitas inuideret, solitam esse ad eorum pedes deuolui, ac si in singulis Christum adoraret. Et ratione ostendi potest, quia gratia, & sanctitas, quae potissimum est huius adorationis fundamentum eiusdem rationis est in vtriusque, ergo & adoratio eiusdem rationis erit: sola enim differentia in statu beatitudinis non videtur ad distinguendas adorationes sufficiens, quia praecipua ratio huius adorationis est participatio diuinae naturae, quae per gratiam fit, quae eiusdem rationis est in viatore, & beato, ergo & honor, qui illis datur, eiusdem est rationis: sed honor qui datur sanctis viris eo quod sancti sunt, non videtur dici posse cultus religiosus, neque in his rebus consistere, quibus nos Sanctos coli diximus: ergo neque Sanctorum cultus religiosus censendus erit.

Responsio.

Respondetur verum esse has adorationes ad eandem virtutem pertinere, ut rationes factae probant: dico tamen etiam posse dici religiosum honorem eum, qui viuo homini tribuitur solum intuitu san-

ctitatis, & supernaturalium donorum, quia ex vera fide, & religione proficiscitur, sicut quādo honoramus Pontificē, quia est Vicarius Christi, vel Prophetam, aut Euangelicū prædicatorem, quia verba Dei loquitur, ex religione, & fide illum veneramus: unde Athan. supra citatus in lib. de Virginit. de sanctis qui inter nos viuunt loquitur, cum dixit: Si hominibus ades tuas intraueris, adorabis humi ad pedes illius: Deum enim, qui illū mittit, adorabis. Et Aug. 20. contra Faust. c. 21. sic inquit: Colimus martyres eo cultu dilectionis, & societatis, quo & in hac vita coluntur sancti homines Dei, quorum cor ad talem pro Euangelica veritate passionē paratum esse sentimus, Addit verò subinde: Sed illos tanto deuotius, quāto securius, post incerta omnia superata, quanto etiam fidetiori laude predicamus, tam in vita, selicet in victores, quam in ista adhuc vig. pugna nantes? Quibus posterioribus verbis optimè indicauit Aug. quāuis species huius adorationis eadem sit: tamen sicut statum beatorum perfectior est; tum in charitate, quia sunt impeccabiles, & omnino securi; tum in cognitione, quia Deum clare, ac manifeste intuentur; tum in potestate, quia cum Christo regnant; tum in gradu honoris, quia cum ipso sedent in throno eius, ut dicitur Apocal. 3. ita perfectioribus actibus, & rebus coli debere. Atque hinc fit, ut alijs signis, & certioribus testimonijs vtamur ad honorandos Sanctos, qui iam vitam cum morte commutauerunt, quam eos qui adhuc in humanis degunt: quin potius, etiam inter ipsos mortuos, longe magnum discrimen collocamus, eos enim qui ab Ecclesia canonizati sunt, publico cultu, & solenni ritu colimus, & certam, ac infallibilem existimationem de eorum sanctitate habemus: alios vero non canonizatos non licet publico cultu, qui nomine totius Ecclesiae fit, venerari, id enim capitulo primo, & secundo de ferijs prohibitum est: si tamen aliquo modo certam, quāuis humanam fidem, de eorum felicitate habeamus, eos priuatim venerari possumus, & orare.

Quarto in dubium verti potest, an hic cultus possit dici religiosus, quia ab eadem virtute religionis qua Deum colimus, elicitus sit: quod pendet ex dubio metaphysico, an virtus, qua colimus Sanctos, sit distinctus habitus à religione. Et ratio dubitandi esse potest, quia habitus quo diligimus Deum & Sanctos, est vnus & idem, scilicet charitas, quae vna est, quāuis diligat Deū, quia est bonus per essentiam, & Sanctos, quia sunt Diij per participationem, ergo idem de religione censendum erit. Responderi potest ex D. Tho. 2. 2. q. 103. a. 3. ad 2. negando consequentiam, quia proxima, & tota ratio diligendi proximum est ipse Deus, & bonitas eius: Non enim, inquit, per charitatem diligimus in proximo nisi Deum, & ideo eadem charitas est, qua diligitur Deus, & proximus: at vero, cum sit alia ratio seruandī Deo, & homini, aut honorandī virtutem, non est eadem virtus laetitia, & dulcia. Sed contra, quia sicut alicuius amoris proximi, proxima ratio esse potest diuina bonitas: ita etiā alicuius adorationis Sanctorum proxima ratio esse potest diuina excellentia, ut supra ostensum est, ubi etiam diximus huiusmodi actum ab eadem virtute qua Deus colitur, manare, quāuis frequentius nō exerceatur circa res, quae per se sunt adorabiles. Rursus, sicut adorantur Sancti alio actu propter intrinsecā sanctitatem supernaturalē creatam, ita propter eandem possunt supernaturaliter amari, & in cōparatione istorum actuum tota difficultas consistit: nā etiam hic actus amoris ab eadē charitate elicatur, qua Deus super omnia diligitur, ergo eadē ratione ille actus adorationis à virtute religionis pcedet. Et confirmatur, quia virtus inclinans ad eandem principalem excellentiam alicuius ordinis, cōsequenter inclinatur ad omnes participationes eiusdē ordinis, quia haec ita sunt inter se coniuncta ut vix possint seiungi. Unde fit, ut ferè eisdē actibus externis primario colatur Deus, & secundario Sancti, ut in superioribus suis satis explicatum est. Circa

Marfil.

Circa hanc difficultatem Marfil in 3. quæst. 8. art. 1. sentit, habitum latrice & dulcis esse vnum, & eundem. Quæ sententia plane probabilis est, eiq; fidem faciunt rationes factæ: nam quas Marfil adducit, parum aut nihil concludunt, quas ea de causa omitendas duxi, tum etiam, ne plus iusto in re hæc immorarer. Verior tamen est communior sententia, quæ habitus istarum virtutum inter se distinguit, quam tradit aperte D. Tho. 2. 2. quæst. 81. vbi solum Deum constituit religionis obiectum, & quæst. 102. & 103. ponit alias virtutes ad homines colendos, & differentiam semper constituit inter adorationem, & amorem: idem docet Bonauent. in 3. dist. 9. art. 2. q. 4. vbi ceteri doctores, & ferè recentiores Theologi, quid de hac materia scripserunt, rem hanc vt certam atq; exploratam supponunt. Ratio verò est, quia adoratio per se primo tendit ad excellentiam vt sic, quapropter vbi tanta est diuersitas excellentiæ, quanta est inter Deum, & creaturam, adorationes, & virtutes, quæ sunt earum principia, diuersas esse necesse est. Quæ ratio in solutione propositæ difficultatis magis explicabitur.

Responsio

D. Thom.

Bonauent.

Responsio

ab obiectio-

nes.

D. Thom.

Ad rationem ergo dubitandi supra positam primo negari potest, dilectionis actum quo amatur proximus propter virtutem, vel sanctitatem creatam, quæ in ipso inhaeret, etiam si supernaturalis sit, à propria virtute charitatis elici, sed à virtute infusa amicitiae humanæ, quæ non est virtus theologica, sed moralis. Cuius solutionis fundamentum probabile quidem est, sed non potest hoc loco satis examinari, vt res postulare videbatur, neq; oportet, ne in messem alienam manum mittamus: id verò sine hac sufficiens discussione affirmari, aut approbari nequaquam iudicio expedire, præsertim cum D. Tho. qui in tribus locis 2. 2. hanc difficultatem tetigit, differentiam inter amorem, & adorationem collocare conatus sit. Primum locum iam attingimus. Secundus est in q. 25. art. 1. ad 2. vbi sic inquit: Amor respicit bonum in communi, honor vero proprium bonum honorati, deferretur enim alicui in testimonium propriæ virtutis, & ideo diuersa quantitas bonitatis diuersorum non causat diuersitatem specificam in amore, dummodo referantur ad aliquod vnum bonum commune: sed honor diuersificatur secundum propria bona singulorum. Tertius locus est in q. 81. art. 4. ad 3. vbi hoc magis explicans dicit: Obiectum amoris est bonum: obiectum autem honoris vel reuerentiæ est aliquid excellens: bonitas autem Dei communicatur creature, non autem excellentia bonitatis eius. Et ideo charitas, quæ diligitur Deus, non est virtus distincta à charitate, quæ diligitur proximus. Religio autem, quæ honoratur Deus, distinguitur à virtutibus, quibus honoratur proximus. In quibus solutionibus, illud semper manet obsecrum, quia seruata eadem proportione, eadem ratio diuersitatis, vel vnitatis apparet in vtraque virtute, quia sicut amor in communi tendit in bonum in communi: ita honor in communi refertur ad excellentiam in communi: & sicut talis honor, scilicet latrice, respicit talem excellentiam, nimirum increatam, ita talis amor, videlicet super omnia, respicit talem bonitatem per essentiam. Rursus sicut communicatur homini participatio diuinæ bonitatis: ita etiã communicatur participatio diuinæ excellentiæ, & sicut non communicatur creaturæ diuina excellentia, prout in se est: ita nec communicatur diuina bonitas per essentiam, & ideo sicut non potest creatura latrice coli: ita nec super omnia amari. In quo ergo consistit differentia illorum inter se?

Fateor rem esse obscuram, & difficilem. Duo tamen dici posse videtur, in quibus & res ipsa, & mens D. Tho. fortasse consistit. Alterum sumitur ex communicatione amoris, & adorationis: amor enim respicit obiectum sub ratione quasi absoluta: adoratio vero sub respectiva ratione per comparisonem ad honorantem, id est, amor tendit in bonitatem obiecti secundum se: adoratio vero in excellentiam alte-

rius, quatenus aliquo modo excedit ipsum adorantem. Atq; hinc fit, vt sicut Deus habet singularem respectum superioris, incommunicabilem creaturæ: ita religio illum specialiter respiciat, non prout potest cum creatura conuenientiam aliquam habere, sed prout singulariter illa excedit: at vero amor non respicit singulari modo hunc excessum, sed bonitatem, & communicationem eius. Cuius signum est, quod amor non tantum est ad alium, sed ad seipsum, vnde Deus ad se charitatem habet, cuius participatio est charitas nostra, non tamen habet religionem, quæ se veneretur. Huius rei ratio est, quia potest suā bonitatem respicere sub ratione absoluta, non tamen sub ratione respectiva superioris, seu excellentis.

Ex hinc oritur altera differentia (quam etiam colligo ex D. Thom. 2. 2. q. 102. art. 2. ad 3.) quod religio per se est ad alterum, & ideo per se respicit ius alterius, & rationem debiti: ius autem diuinum, propter quod à nobis colendus est, & adorandus, excellentius est & altioris ordinis, quam omne ius creaturæ, quia in excellentia infinita, & supremo quodā dominio incommunicabili creaturæ fundatur, & ideo virtus, quæ hoc debitum Deo perfoluit, singularis est, & distincta ab omnibus virtutibus, quæ iura seu debita creaturarum respiciunt. Secus vero est in amore, qui nec per se ad alterum tendit, neq; in illo ratio debiti consideratur. Cuius signum etiam est, quia propter hanc causam, licet eadem charitate diligamus nos ipsos, parentes, & alios proximos; tamen in ordine ad honorem exhibendum diuersæ sunt virtutes, pietatis ad parentes, obseruantie ad principes, dulciæ strictè sumptæ ad dominos, ad seipsum autem nulla est virtus exhibens honorem.

Ex his ergo satis constat, cur distinguendus sit habitus dulciæ Sanctorum ab habitu religionis seu latrice, & cur hæc distinctio clarior, & certior in adoratione sit, quam in amore. Vnde tandem concluditur, hunc cultum Sanctorum non dici religiosum, quod à religione elicitus sit, sed propter alias causas supra enumeratas.

DISPUTATIO LIII.

In duas sectiones distributa.

De adoratione Christo, eiusq; humanitati debita.



Quam de adoratione Dei, & Sanctorum hominū sermonem institui-mus, facile erit adorationem Christo Domino debitam explicare. Possumus autem loqui vel de Christo, de humanitate eius. Et de Christo quidem, vel simpliciter, vel in quantum est homo. De his igitur figillatim dicendum est. Explicabimus autem simul, & vnitatem, & qualitatem, seu speciem adorationis, hæc enim duo à D. Tho. in his articulis tractata sunt.

SECTIO I.

An Christus Deus homo adorandus sit perfecta adoratione latrice.

In hac sectione breuiter iacienda sunt fidei fundamenta, vt postea possimus ea, quæ nonnullam dubitationem habent, inquirere.

Primum ergo certum est hunc hominem Christum in diuina, & humana natura subsistentem, adorandum esse illa perfectissima adoratione latrice, quæ tota Trinitas, & singule personæ diuinæ adorantur. Hoc esse de fide constat ex Scripturis, Concilijs, & Patribus. Christus enim de se loquens dicit Ioan. 5. Ioan. 5. Vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Et Paul. ad Romanos 14. de Christo exponit illud Rom. 14. Isa. 45. Mihi curuabitur omne genu, quod de adoratione latrice soli Deo debita dictum esse constat. Et eodem sensu ad Philip. 2. dicit: In nomine Iesu omne genu flectatur. Et Thomas adorans Christum Ioann. 20. Ioan. 20. dixit;

Tet 4

dixit;